

Urkundliche Anlagen.

1. Vor 1200. Aus einer Carte des Schreins Niederich.

Notum sit tam futuris quam presentibus quod Godescalcus de Rile. et uxor sua Bertradis. emerunt domum et aream contra Duregyndam. que fuit uxor. Rudolfi de Syndorp. et contra filios suos Ricolphum. et paynum. et uxorem payni. et Herimannum. et contra filias. et omnes coheredes. et viros filiarum. perfecte et rationabiliter sine omni contradictione. h. c. t. o. Notum sit t. f. q. p. quod Godescalcus de rile et uxor sua Bertradis emerunt. dimidiam domum et aream versus monticulum positam contra Duregyndam. que fuit uxor Rudolfi de syndorp. et contra filios suos. Ricolphum. et paynum et uxorem payni. et Herimannm et contra filias suas et maritos filiarum. et omnes coheredes. perfecte et rationabiliter. sine omni contradictione. et hoc confirmatum est testimonio omnium. Notum sit t. f. q. p. quod Duregyndis venit in domum Burgensium. et de consilio Burgensium et scabinorum reddit in domum civium Niderrich et cum uno cognato suo et cum uno cognato Rudolfi mariti sui. juravit. quod optimere non possit et ideo predictam hereditatem vendidit perfecte et rationabiliter testimonio Burgensium. Et hoc confirmatum est testimonio omnium.

2. 1215 aus einer Schreinscarte des Niederich. No. 18.

Notum sit tam futuris quem presentibus quod Berwinus de Niderich et uxor sua Richmudis contradiderunt et remiserunt Richmudi filie eorum et Theoderico marito suo de Mulengazen domum et aream. que dicitur Widedur. oppositam ecclesie sti Lupi. in fine platee versus Renum. quam idem Theodericus et Richmodis. uxor sua edificaverunt et in qua manent et domum proximam retro predictam domum Widerdure versus Renum oppositam domui Reneri Vilhmudi Canonici ad gradus. cum canali inter eandem domum iacentem et domum gerardi sculteti de Rile ita quod in continentia iure et sine contradictione obtinebunt. anno gratie M^o. cc^o. xv^o.

3. 1232 aus einer Schreinscarte des Niederich.

Notum sit quod H. Comes seynensis et mechtildis uxor eius et Aleidis comitissa de Loen emerunt domum et aream que quondam fuit mansio Rudolphi magistri coquine contiguam domui Henrici de Dusseldorf versus s. Lupum. anno M^o cc^o xxxii.

4. 1248. Aus dem Buche vadimoniorum des Schreins Niederich.

Notum sit omnibus tam futuris. quam presentibus quod Mechtildis dicta de Wilre emit domum et aream sitam versus vineam

dominorum maioris ecclesie in colonia erga Hermannum et Engilradim uxorem suam, ita quod in continenti obtinebit.

Item notum sit, quod Rudolfo filio ejusdem Mechtildis cessit predicta domus de obitu matris sue predice M. ita quod divertere potest.

Item notum sit, quod iam dictus Rudolfus tradidit et remisit eandem domum cum area prout iacet magistro Henrico petitori structure maioris ecclesie colon. dat. anno Dni M. cc^oxLviij.

Item notum sit, quod prefatus magister Henricus tradidit et remisit prefatam domum cum area prout iacet maiori ecclesie in colon. ita quod in continenti obtinebit. actum anno dñi M. cc^oxLviij.

5. 1248. Aus einer Carte des Schreins Niederich überschrieben:

„Hec est platea incipiens a porta clericorum et procedens usque contra sanctas virgines. similiter et platea incipiens a vinea vogelouis in monticulo procedens secus sanctam mariam in campis usque ad portam judeorum. similiter et platea, que dicitur stolengazzze similiter et platea, que protendit a latere ste marie in campis usque in stolgengazzzen.“

1248. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod Gertrudius amasia Magistri Gerhardi de Rile filii Godescalei renunciavit omni jure quod ei magister gerardus predictus dederat in domo que fuit mansio patris sui predicti godescalei que sita est in monticulo justa vineam dominorum maioris ecclesie in colonia. Item notum sit, quod predictus Gerardus contulit Johanni fratri suo medietatem domus predice cum area prout jacet et aleidi uxori predicti Johannis ita quod divertere possunt datum anno domini M^occ^oxLviij.

6. 1257 und 1302. Aus dem Buche a sancto Lupo des Schreins Niederich überschrieben:

Iste terminus incipit ab ecclesia sti Lupi a domo dicta ad chorum et tendit secus ecclesiam sti Maximini in eodem latere usque super cumulum in conum contra sanctas virgines et deinde per plateam Marcelli in illo latere versus renum usque ad antiquum summum et deinde platea Drangasse usque ad ecclesiam sti Lupi, et consribentur in hoc omnes remissiones hereditatum infra jacentium ab anno domini M^occc^o secundo in antea. actum et sic positum feria quarta post reminiscere anno predicto.

Major ecclesia.

Notum sit universis tam presentibus quam futuris, quod Capitulum coloniense de areis olim vinee sue apud sanctum Marcellum

sitis, eorum liberum existentibus allodium, magistro Gerardo lapicide rectori fabrice ipsius ecclesie, propter meritorum suorum obsequia ipsi ecclesie facta, unam aream latiorem et majorem aliis, prout ibi iacet et comprehendit magnam domum lapideam, quam idem magister Gerardus propriis edificavit sumptibus, concesserunt. Ita videlicet quod prefatus magister Gerardus vel Guda uxor ipsius aut eorum heredes Censum duodecim solidorum coloniensium denariorum eis iure hereditario persolvant de area memorata sicut in litera ipsius Capituli coloniensis eisdem magistro et Gude eius uxori super hoc tradita et in sermone nostro reposita continetur. Cujus quidem littere Capituli tenor talis est:

Capitulum coloniense universis presentibus quam futuris, inspecturis has literas, volumus esse notum, quod nos de areis olim vinee nostre apud Sanctum Marcellum sitis liberum nostrum existentibus allodium, magistro Gerardo lapicide rectori fabrice nostre, propter meritorum obsequia nobis facta, unam aream latiorem et majorem aliis, prout ibi jacet et comprehendit magnam domum lapideam, quam idem magister Gerardus propriis edificavit sumptibus, duximus concedandam. Ita videlicet quod prefatus magister vel Guda uxor ipsius aut eorum heredes censem nobis duodecim solidorum coloniensium denariorum jure hereditario persolvant de area memorata. Cujus enim census medietas in Sancte Walburgis et reliqua medietas in Sancti Remigii festis annis singulis persolventur. Si vero aliquo terminorum istorum postea infra mensem census non fuerit sicut debitus, persolutus extunc pro pena solventur nobis tres solidi denariorum, et similiter de unoquoque mense per unum annum tres solidi pro pena solventur. Si infra mensem totus census cum pena totali neglecta, non fuerit persolutus, et ad hoc census si quis neglectus est, nihilominus persolvetur. Anno autem elapso, si infra mensem postea ad longius omnia prescripta vel aliqua eorum non fuerint adimpleta, dicta area cum domo lapidea ad nostram et ecclesie nostre proprietatem absolute et libere revolvetur. Post obitum vero unius cuiusque possessoris vel heredis domus et aree sepedicte, heres aut possessor instituendus dabit nobis in receptionem dictorum bonorum duodecim denarios pro iure quod Geverf vulgariter appellatur. Et similiter ab emptore domus ejusdem et aree si vendi contigerit, et eandem primo nobis exhibitam emere recusaverimus, duodecim denarii persolventur. Et sciendum, quod emptor dictam domum et aream sub omnibus prenotatis conditionibus tam census quam penarum libere perpetuo obtinebit a nobis. Ut autem predicta omnia tam

a nobis quam nostris successoribus dicte domus possessoribus vel ab ipsis nobis et ecclesie nostre inviolabiliter perpetuo observentur, presens scriptum in testimonium nostri fecimus sigilli munimine corroborari. Datum anno dni M.cc^o quinquagesimo septimo.

Item notum sit universis quod ex morte quondam Magistri Gerardi et Gude predictorum prefata domus lapidea et ejus area ante et retro subtus et superius prout jacet, et ad eosdem Magistrum Gerardum et Gudam ex concessione predicta pertin et Petro Monacho apud Sanctum Pantaleonem, Magistro Wilhelmo, canonico Sancti Gereonis, Elizabete Moniali apud Gyvelberg, et Johanni Monacho absenti in Boemia pueris eorumdem. Cuilibet ipsorum puerorum accidit una puerilis portio que vulgariter dicitur Kinzdeyl ante et retro subtus et superius prout iacet, et cuilibet eorum in divisione accidere potuit, ita quod eam iure optinebunt.

Item notum sit quod prefati pueri ejusdem Magistri Gerardi et Gude scilicet ipse Magister Wilhelm pro se. Petrus cum abbat et conventu suo sti pantaleonis pro se et Elisabeth soror ipsorum cum abbatissa et conventu suo in Gyvelberge pro se salva puerili portione et jure ipsius Johannis fratris ipsorum predicti si venerit et requisiverit, concordantes in hunc modum tradiderunt et remiserunt donatione inter vivos tam communiter quam private prefatam domum et ejus aream ante et retro subtus et superius cum suis attinentiis prout jacet. Sancti Gereonis et sti Pantaleonis ecclesie, et ad manus abbatis ipsius monasterii sti Pantaleonis, nomine ipsius monasterii et ad manus hugonis de borc et Johannis de Kornhus canonicorum ecclesie sti Gereonis, nomine ipsius ecclesie, salvo censu hereditario predicto sub omnibus conditionibus infra scriptis videlicet quod ipse Magister Wilhelmus censem hereditarium predictum solvere debeat majori ecclesie sue capitulo antedicto et dictam domum et ejus arcam ante et retro suptus et superius prout jacet tenere et possidere debeat et proventus recipere ad dies vite sue pacifice et quiete, et ipsam domum tenere debeat in edificio debito et consueto, et quod nichilominus dare et persolvere debeat ipse Magister W. quam diu vixerit de dicta hereditate etiam fratri suo predicto unam marcam denariorum usualium pro tempore singulis annis ad duos terminos scilicet. sex solidos in festo beati Remigii et alios sex solidos in festo pasche aut infra quindenam post quemlibet ipsorum terminorum sine captione. Mortuo vero dicto Magistro Wilhelmo extunc prefata pensio Marce predicte ipsius penitus cum eo morietur et extincta

erit, et prefata domus et ejus area ante et retro subitus et superius prout jacet et prescripta est ad easdem ecclesias scilicet gereonis et pantaleonis revertetur. Salvo jure et portione dicti Johis. absentis. Ita quod dicte ecclesie, dictam hereditatem tenere et divertere poterint pro indivisa secundum conditiones infra scriptas. videlicet quod dicte ecclesie dare et solvere debeant. Capitulo colon. censem suum hereditarium predictum et nichilominus infra scriptas pensiones hereditarias. quas dicti fratres et soror. pro remedio animarum parentum suorum. et ipsorum proprietatum de dicta hereditate hereditario dari constituunt. dabunt et solvent, singulis annis in anniversario ipsius Magistri Wilhelmi quounque tempore hoc acciderit. scilicet maiori ecclesie colon. sex solidos usualium denariorum. et Item monasterio in Siberg sex solidos eorundem denariorum et item monasterio monialium in Blatzheim. sex solidos eorundem denariorum cum hac conditione. quod erga predictum monasterium. tam in Sigberg quam in Blayzheim. sui sex sol. hinc inde predice pensionis et per hoc, dictam hereditatem absolui et liberare poterit. ab eis singulis sex sol. pro sex marcis brabant. den. sed sex solidi maioris ecclesie in perpetuum permanebunt et solventur cum censu suo hereditario predicto. ut est prescriptum. Et preterea si dicta Elizabeta monialis fratrem suum predictum Magistrum W. supervixerit, extunc dicte ecclesie sti gereonis et sti pantaleonis, de dicta hereditate dabunt et soluent. in anniversario eiusdem Magistri Wilhelmi dictae Elisabete. quam diu ipsa viverit. singulis annis. tres marcas denariorum usualium pro tempore in colonia. sed ipsa Elizabet defuncta, extunc dicta pensio trium marcarum cum ea morietur. et dicte ecclesie sti gereonis et sti pantaleonis. ipse conventui in Guelberg. singulis annis. in anniversario eiusdem Magistri Wilhelmi pro remedio et memoria animarum parentum et progenitorum suorum dabunt et persoluent, dare et persoluere tenebuntur in perpetuum unam marcam et ipsam Ecclesiam de Gyuelberg de dicta marca cooperari debent proportionaliter, quod dicta domus teneatur in edificio debito et consueto. Et nichilominus. si dicte Ecclesie sti gereonis et sti pantaleonis supra dicta hereditate impetrati fuerint. similiter cum ipsis expensas proportionaliter sustenebunt. salvo in his omnibus iure dicti Johannis absentis et iure cuiuslibet in eadem. ad quod dicta hereditas erit obligata. et si officium et officiati supra dicta hereditate impetrati fuerint ex parte dicti Johannis. ab hac impetitione dicte ecclesie ipsum officium releuabunt et absoluunt. aliasve ipsum officium de consensu dictarum ecclesiarum et personarum predictarum. que dictorum hereditatem susceperunt. nomine

eorundem se cum dicta hereditate reueabit et absoluet. actum et conscriptum in vigilia palmarum anno domini M^oec^o secundo.

7. 1275. Aus der, unter 4 erwähnten Karte.

Notum sit omnibus et est, quod Godescalco et Bertradi sorori sue pueris quandam Johis de Rile et Aleidis uxoris sue, cuiilibet ipsorum accedit medietas domus et aree, que mansio fuerat parentum suorum predictorum. Item medietas domus lapidee adjacentis super plateam versus Egelstein. Item medietas domus, que fuit meylachem cum vinea ex opposito domus Gerardi de paunone in ordene¹⁾. Item medietas domus dicte Gire, iuxta domum Gozelini versus sanctos Machabeos. Item domus de trunco in monticulo, sicut jacent ipse domus et aree subtus et superius ante et retro. ita quod quilibet partem suam seu partes suas obtinere et divertere potest. actum anno domini M^oec^oLxx^o quinto.

8. 1280. Aus dem Buche generalis des Schreins Niederich überschrieben: terminus de turre in Dranegassen usque ad portam Judeorum.

Notum sit tam presentibus quam futuris quod domina lisabet filia quandam domini ottonis comitis de gelria uxor domini comitis de monte comparuit in indicio et obtinuit per sententiam scabinorum in Niederich, quod cessisset ei de morte patris sui predicti domus vocata domus comitis gelrie cum coquina, proxima adiacente versus domum vocatam symonis comitis ante et retro suptus et superius... et dictauit sententia scabinorum quod de iure in proprietatem prediecte hereditatis immitti debetur et fuit missa in eandem, et fuit postea eidem dne. lisabet dies prefixa prout de iure competebat et ex quo nullus prefixa die venit, qui se de predicta hereditate vellet intromittere, judicatum fuit, quod ipsa ascriberetur ad hereditatem predictam, ita quod iure et sine contradictione, predicta lisabet, predictam hereditatem optinebit. actum anno dni M^oec^oLxxx mense aprilii.

9. 1298. Aus dem Buche a sancto Lupo.

Notum sit universis tam presentibus quam futuris. quod Johannes dictus de Stumbele et Guderadis ejus legitima proprio recordationis affectu et divine remiserationis intuitu pure simpliciter propter deum et salutem animarum suarum quilibet providere cipientes in hac parte. de domo sua quam inhabitant dita in platea marcelli in allodio capituli ecclesie magne ex una parte do-

¹⁾ Ordo ist mit Strassenecke zu übersetzen; in späteren Urkunden heisst es: das Ort.

mui philippi et Lyse et ex alia parte domui Henrici de Wivelinchouen. quam ab ipso capitulo colon. tenent et possident titulo locationis perpetue pro certo censu hereditario quatuor solidorum sex denariorum colon. monete inde soluendorum singulis annis ad suos terminos scilicet medietatem in festo bti Remigii, ordinationem facientes, ne post mortem iporum aut alterius conrundem aliquis consangineorum aut amicorum suorum vtrorumque quidquid jure proprietatis aut domini ex personis dictorum defunctorum aut alterius eorundem sibi vendicare valeant aut predictam ordinationem, sic pie factam contra dicere aut quoquo modo impedire prefactam domum et eius aream ante et retro subtus et superius prout jacent et eam tenent et possident. de consensu ipsius capituli et salvo censu et jure ipsorum predicto. Dumodo eam in vita sua conjunctim vel divisim exsparnare potuerint, tradiderunt et remiserunt post mortem ipsorum amborum. ita quod altero ipsorum defuncto supervivo ex eis hujusmodi ordinationem et traditionem infringere nec ei contravenire possit et si fecerit, quod non valeat, ad habitationem et possessionem perpetuam duodecim puellarum devotarum et deo dedicatarum, que sint bone vite et laudabilis conversationis sub omni modo forma et conditione contentis in litteris ipsius capituli colon. super hec eis traditis et ipsius capituli sigillo necnon vener. viris theoderici decani majoris ecclesie colon et archid. ac Cuniberti subcustodis sigillis siglatis ac in nostro serino repositis continentur. datum anno M^occ^o nonagesimo octavo VI. Kal. Aprilis. acta sunt hec et reposita est hec littera in scrinum 1305.

10. 1304. Aus demselben Buche.

Notum sit vniuersis tam presentibus quam futuris quod frater Ludewicus et frater Lambertus germani filii quondam Lamberti dicti de Cramhus et Meghildis eius uxoris hereditatem suam infra scriptam, ad quam adscripti sunt in quaterno antiquo magno²⁾ tendente a turri in drangassen usque ad Wurpelporzen scilicet domum et eius aream sitam iuxta capellam, que dicitur ad antiquum sumnum, que quondam fuit domus pistoria et nunc braxatoria in domum et eius aream dictae domui configuam versus plateam marcelli, que dicitur zume alden dum cum cameris eidem adjacentibus versus eandem plateam usque ad domum lapideam Magistri Gerardi Magistri operis ante et retro subtus et superius prout dictae hereditates ibitem iacent et ad eas prescripti sunt, tradiderunt et remiserunt Godefido dicto de viola et agneti

²⁾ D. h. auf einer der alten Schreins-Rollen.

eius uxori ita quod eas iure et sine contradictione obtinebuit salvo hereditario³⁾ et euilibet iure suo in eisdem. Et sciendum quod dicta domus zume alden dum et camere adiacentes solvunt relicte quondam c. [conemannii] de strussione aut eius heredibus decem octo solid. hereditarii census colon. singulis annis in festo bti Remigii aut infra quatuor septimanas post sine captione persolvendos alioquin extunc dieta domus et eius area prout prescripta est ad eosdem devolvetur salvo ecclesie sti andree censu duorum solidorum in domo aldendoyme predicta, sicut in eodem quaterno antiquo est prescripta anno dni M^o.ccc^o. quarto in vigilia palmarum.

11. 1305. Aus dem kölnischen Schreinsbuche a sancto Lupo auf einem Blatte, dessen Ueberschrift: „Snailgassen“ lautet.

Notum sit vniuersis tam presentibus quam futuris quod Ludewicus dictus brune et gisele eius uxor cameram que pre domo iacet sitam in platea sti Maximini contra domum braxatorium, que dicitur ad circum⁴⁾ super vicum⁵⁾ qui dicitur Sneylgasse ante et retro, supitus et superius prout iacet tradiderunt et remiserunt Cristiano dicto Loschart, ita quod eam iure et sine contradictione optinebit et divertere poterit. Item notum sit quod idem Cristianus prefatam cameram et eius aream prout ad ipsam conscriptus est tradidit et remisit eisdem coniugibus Ludowico et gisele ita quod eam divertere poterunt sicut prius. actum et conscriptum Anno domini M^o.ccc^o quinto crastino dominice iudica.

12. 1309. Aus dem Buche a sto Lupo mit der Ueberschrift Snailgasse.

Notum sit universis tam presentibus quam futuris, quod Henricus dictus de Vypladen textor et Druda eius uxor mansionem suam, quārum due iacent sub uno tecto et eius aream sitam super vineam dictam Meylag, finalem super vicum qui dicitur Sneylgasse ex opposito domus de Westhoven ante et retro supitus et superius prout iacet et in sua tenuerunt proprietate tradiderunt et remiserunt cristine dictae de Zunze, beggine, ita quod ipsa eandem iure et sine contradictione obtinebit et divertere poterit, salvo censu hereditario inde competente videlicet decem et octo solid. denariorum colon. usualium pro tempor communiter in colonia in emendo et vendendo solvend. de eadem Ger. gladiatori et Katarine eius uxori singulis annis ad duo termina scilicet medietatem in festo Nativitatis domini et aliam medietatem in festo Nativitatis bti Johannis bapt. aut infra

³⁾ Das Wort censu ist in der Urkunde in der Feder geblieben. ⁴⁾ In den deutschen Urkunden wird es „zum Crüll“ genannt. ⁵⁾ Wegen Vicus siehe oben S. 28.

quatuor septimanas post quemlibet ipsum terminorum sine cappione et si aliquis eorundem terminorum in solutione census predicti neglectus fuerit, quod extunc prefata domus seu mansio et eius area prout iacet cum omni sua melioratione sit ad ipsos coniuges iure et sine contradictione absque sententia scabinorum libere deuoluta. actum et conscriptum anno domini M^occc^o nono feria sexta post Remigii.

13. 1310. Aus dem Buche a domo pistorea.

Notum sit universis tam present. quam fut. quod Elizabete et Hadewigi sororibus pueris quondam Magistri Gerardi dicti de Ketwig. et Ide ejus uxor. cuiilibet ipsarum, ex morte quondam Magistri Gerardi predicti. accidit medietas pueri partis domus et aree sue site in platea Marcelli ex opposito quasi capelle sancti Marcelli. et erat quondam Jutte dicte de Merke. nec non et medietas duarum mansionum dicte domui adjacentium sub uno tecto versus sanctas virgines. ante et retro suptus et superius prout dicte domus ibidem iacent. Ita quod quilibet earum suam medietatem optinebunt et divertere poterunt. salvo censu hereditario inde competenti. Item notum sit. quod Hadewigis predicta. una dictarum sororum. que sui iuris effecta est. quod dicitur selfmundis. prout in littera plebani sui ste marie ad indulgentiam in serineo iacente et reposita. continetur. suam medietatem pueripartis domorum et arearum suarum predictarum (scilicet dicte Jutte et mansionum predictarum), sicut ad eam prescripta est et in divisione sibi competere poterit. tradidit et remisit. ad manus Ide matris sue perdiecte. Ita quod ipsa Ida. eandem medietatem tenere et divertere poterit salvo censu hereditario proportionaliter inde competenti. Item notum sit. quod prefata Ida mater dicte Hadewigis prefatam medietatem domus et mansionum predictarum et ipsarum arearum ante et retro subtus et superius prout iacet et sibi remissa et eam tenet et accidere poterit in divisione tradidit et remisit Johanni cellarario decani maioris⁵⁾ fratri suo. et Hadewigi dicte de Wistubbe eius uxori. Ita quod ipsi eandem medietatem iure obtinebunt et divertere poterunt. salvo censu hereditario inde competenti proportionaliter. Actum et conscriptum anno domini M^occc^o decimo feria quinta ante gereonem.

⁵⁾ ecclesie ist in der Feder geblieben, wie aus dem nächstfolgenden achten Notum hervorgeht,

14. 1311 15. Juni. Aus dem Buche a sto Lupo.

Item notum sit quod Gerardus dictus de owe filius quondam Henrici et Gertrudis suam portionem quam habuit in domo et eius area que dicitur Draggenuels, sita in dranegassen iuxta domum que dicitur Wolkenburg versus sanctum Lupum ante et retro supitus et superius prout iacet et divisione sibi competit tradidit et remisit habendam et recipiendam fratribus et sororibus suis hereditatis in eadem scilicet Drude, Grete, Henrico et Katharine proportionabili pecunia ab eisdem danda et soluenda in omnia loca et omnibus personis, ad que et quibus ipse Gerardus ipsam pecuniam dari voluerit et dari juss erit actum et conscriptum anno domini M,ccc undecimo feria quarta post viti.

15. 1311 1. Sept. Aus demselben Buche.

Notum sit vniuersit tam presentibus quam futuris quod gerardus carpentarius de omni eo quod ipse et Clizia eius uxor habent et tenent in domo et eius area, que dicitur zume Crölle sita in fine platee marcelli contra domum que dicitur ad leonem ante et retro supitus et superius prout iacet (sicut hoc prescriptum est in antiquo quaterno heisst es einige Nota früher) potestatem contulit plenam eidem Clitze uxori sue ita quod ipsa Clizia, illud quod in dicta domo habent ad usus puerorum suorum ipsis communium divertere poterit et hoc de consilio magistri Johis magistri fabrice de summo et petri pistoris ecclesie sanctarum virginum in colonia. salvo ipsi gerardo, si voluerit in vita sua premissa immutare. anno domini M^occc^o undecimo crastino nativitatis beate virginis.

16. 1313. 20. Sept. Aus dem Buche a sto Lupo.

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ludowicus dictus burne et Tysle eius uxor cameram suam que pre domo jacet in platea sti Maximini contra domum braxatoriam que dicitur ad circumulum super vicum qui dicitur Sneylgasse ante et retro supitus et superius prout iacet, tradiderunt et remiserunt Johanni sacerdoti dicto de curia burchrauui recipienti nomine et ad usus hospitalis siti in monticulo appellati zume grunewalde. Ita quod ipse Johannes nomine hospitalis predicti eandem jure obtinebit et divertere poterit. actum anno quo supra (M,ccc, tertio decimo) in vigilia bti mathei apost.

17. 1315. Aus demselben Buche.



Notum sit tam presentibus quam futuris, quod Henrico filio
quondam Rutgeri dicti Sunere et Grete ejus uxoris ex morte
patris sui predicti accidit domus et curtis, que quondam fue-
runt mansio patris ipsius predicti sita contra domum Kuronis
ita quod domum et curtim predictas cum ejus area jure ante
et retro subitus et superius prout iacet obtinebit et divertere potuerit,
datum anno dñi M^occc^oxv, crastino bti mathei apostoli.

18. 1316. 6. Oct. Aus dem Buche Vadimoniorum Niederich.

Notum sit quod Wedekindus et Adolfs de Revele fundatores et
provisores hospitalis omnium sanctorum siti in parochia s. kuniberti
colon in monticulo virtute potestatis sibi retente de mutando ordi-
nationem factam ab ipsis alias de hospitali predicto, mutando eadem,
volunt et ordinant, quod in domo, que sita est retro hospitale pre-
dictum in medio aree eiusdem recipiantur in perpetuum Beghine
voluntarie paupertatis, bone fame, deo deservientes et in ipsa pro
suo modo sustententur, in hospitali vero predicto et suis pertinen-
tias recipientur et reponantur eiusdem conditionis Beghine et que-
cunque matrone et puelle alie singularibus infirmitatibus non pregravate,
non ecce non clade, non debilitatibus diutinis occupate, non viri,
non aliisque persone alie, que fame vel conversationis sint sinistre.
Preterea volunt et ordinant, ut ex nunc in antea sint in perpetuum
tres magistrⁱ seu provisores hospitalis predicti, eligentes ad eorum
consortium Adolffum de Revele cognatum Adolfi predicti sub hac
conditione, quod quandounque aliquem vel alios ex eis continget
decidere, superstes seu superstites ex eis eligant alium vel alios
quoad hoc socium vel socios. et si predicti tres ullo unquam tem-
pore super aliquo casu discordaverint, quod quatuor officiati conse-
dentes coram scrinio de Nederich posse habeant et potestatem illos
concordandi. et si tres provisores predictos nullis aliis electis dece-
dere contingent, quatuor officiati predicti de ordinatione hospitalis
predicti tam diu se intromittant et disponant, quoisque tres alios
duxerint eligendos, ita tamen quod quatuor officiati predicti singulis
annis tres provisores eiusdem hospitalis, viros discretos et deum ti-
mientes et pre oculis habentes eligant et preficiant eidem hospitali,
qui regant hoc secundum omnes conditiones superius enarratas.
M ccc,xvi feria quarta post dominicam circumdederunt.


19. 1317. 13. März. Aus dem Buche a sto Lupo.

Item notum sit tam presentibus quam futuris quod ven. viri . .
Decanus et capitulum ecclesie colon. tres domos sitas contigue in

vico dicto dranegassen appellas zume Temple, Wolkenburg et Kuckemann cum omni jure quo sibi sunt collate per dominum Rolandum ipsorum concanonicum tradiderunt et remiserunt eidem Rolando sub hac forma... Vniversis presentes literas visuris et audituris Decanus et capitulum ecclesie colon. salutem et cognoscere veritatem. Noveritis quod cum vir discretus Rolandus sacerdos dictus de templo noster concanonicus domos ipsius seu mansiones dictas zu me Temple, Wolkenburg et Kueman sitas in vico dicto Dranegasse soluentes singulis annis pro annuo censu hospitali sancti Lupi sex denarios monete pro tempore currentis et camerario ecclesie sti Kuniberti septem quadrantes eiusdem monete prout in dicto vico site sunt ante et retro subtus et superius sicut expresse signate fuerunt, ac etiam omne jus quod idem Rolandus in eisdem dominibus et earum pertinentiis habet seu habuit nobis iusto donacionis titulo donavit et assignavit et in capitulo nostro libere pure et simpliciter supportauit ore et calamo dictasque domos emunitati nostre seu liberitati eiusdem per Reverendi patris et domini domini Johannis episcopi Scopulensis ecclesie in spiritualibus vices domini nostri ac Reverendi patris domini Henrici archiepiscopi collegentis consentiendum coadunaverit ab ipsis Rolandi et suorum parentum memoria in ecclesia nostra perpetue peragenda. Nos igitur pluim motum predicti Rolandi considerantes anniimus et concedimus per presentes ut domos prefatas ac alteram earum vni canonico suo de capitulo nostro nulli alteri vendere poterit et in eimentiis personam transferre quando sibi hoc visum fuerit expedire consuetudine capituli nostri observata in premissis, preterea concedimus dicto Rolando ut saluo censu dictarum mansionum predicto memoriam suam aplorem infra ecclesiam nostram, quando voluerit, condere poterit et facere modo rationabili ita quod in legationibus faciendis metam non excedat quod in hoc domus iamdictae nimio censu non grauentur. In cuius rei testimonium presentes literas Rolando predicto sigillo capituli nostri ad causas dedimus communitas, datum anno domini M^o.ccc^oxvij in crastino Epyphanie eiusdem. sub qua forma litera capituli jacet in scrineo Datum sabbato ante dominicam judica.

20. 1317. 19. Juni. Aus dem Buche a sto Lupo.

Item notum sit tam presentibus quam futuris quod Johanni militi, aleydi, sophie, henrico, quondam Blize, Gerardo, Henrico, Rey-



naldo, et gode, liberis heredibus quondam Henrici dicti Quattermart et Aleydis eius uxoris, ciuum coloniensium. cuilibet ipsorum accidit ex morte parentum suorum predictorum nona pars in hereditario censa quatuor marcarum et trium solidorum denariorum colon. pro tempore in emendo et vendendo usualium. Ita quod Johannes miles cum bela vxore sua, Aleydis cum hildegero de stessene milite, marito suo, sophia cum Theoderico dicto de ceruo marito suo, Henricus cum Bliza vxore sua, quondam Bliza cum quondam gobelino dicto de Kosino marito suo, gerardus, Henricus, Reynaldus, et goda quilibet ipsorum nonam partem hereditarii census predicti, cum omni jure et captione quibus dictus hereditarius census soluit et solui consuevit, de medietate domus et aree site in platea sti Maximini juxta domum dictam herdingerhof que dicitur bucuel et mansiones adiacentes eidem domui versus sanctum Maximum prout in recta diuisione sibi accidere poterit, jure obtinebit et divertere poterit, actum anno domini M^occc^o septimo decimo, sabbato post festum bti viti.

Item notum sit quod Aleydi, Henrico et gobelino filii et heredibus quondam gobelini dicti de Kosino et Blize eius uxoris, filie quondam Henrici dicti Quattermart et aleidis eius uxoris, cuilibet ipsorum ex morte quondam parentum suorum predictorum accidit tertia pars viii none partis in hereditario censu quatuor marcarum et trium solidorum denariorum colon. pro tempore in emendo et vendendo usualium, soluendo de medietate domus et aree site in platea sti Maximini iuxta domum herdingerhof que dicitur bucuel et mansionis adiacentis eidem versus st. maximum jta quod quilibet ipsorum tertiam partem none partis in hereditario censu predicto cum omni jure et captione quibus soluit et solui consuevit jure obtinebit et divertere poterit. Datum ut supra.

In folgende Votum übertragen die Obengenannten: Johann Miles mit Zustimmung seiner Frau Bela, Theoderich, genannt von Hirsch, mit seiner Frau Sophia, Henrich mit seiner Frau Bliza und Gerard, jeder sein Neuntel an den 4 Mark 3 Schilling an der Ritter Hilger von der Stessen und dessen Frau Aleid. dann folgt: Item notum sit quod Henricus dictus de Kosino et Henricus filius quondam Henrici dicti quattermart munburni, Aleydis, henrici et gobelini liberorum heredum quondam gobelini dicti de Kosino et blize eius uxoris in figura iudicij comparentes obtinuerunt, quod predictis pueris utilius et melius esset diuisio facta inter coheredes suos scilicet quondam henrici dicti quattermart et aleidis eius ux-

ris quam non facta et s. d. (sententia data) tradiderunt et remiserunt domino hildegero et aleydi eius vxori nonam partem hereditarii censis predicti ex parte heredum predictorum ita quod jure obtinebunt et divertere.

21. 1318. Aus demselben Buche.

Notum sit tam presentibus quam futuris, quod gerardo monacho sibergensi filio quondam gobelini de starkenberg et agnetis ejus uxoris accidit septima pars infrascriptarum hereditatem ex morte quondam gobelini de starkenberg et agnetis parentum suorum predictorum videlicet septima pars domus et aree site iuxta capellam, que dicitur zu me alden dume et est domus braxatoria et septima pars domus contigue et ejus aree et septima pars domus⁹⁾ in ordine site super plateam marcelli et ejus aree et septima pars duarum mansionum sive camerarum retro domum predictam et suarum arearum usque ad dominum quondam magistri gerardi magistri operis fabrice colon. Item septima pars quatuordecim sol. denar. que solvuntur de quadam domo sita in vico, qui dicitur inter sedecim domos sicut prescriptum est in quadam cedula pendente post tertium folium de principio etc. M^o.ccc^o.xvij^o.

22. 1319. Aus demselben Buche.

Item notum sit tam presentibus quam futuris quod tilmannus et Iohes filii quondam tilmanni de Heynsberg nec non Edmundus dictus de vela cum Engilradi uxore sua filia quondam tilmanni predicti quilibet ipsorum suam pueripartem sive portionem, que dicitur Kynsdeyl, quam habent et quilibet ipsorum habet in redditibus duarum marcarum denariorum colon. pro tempore in emendo et vendendo usualium solhi debitorum de domo et ejus area sita in platea sti marcelli in allodio ecclesie coloniensis ex opposito domus quam quondam magister gerardus de Ketwig inhabitavit tradiderunt et remiserunt demudi sanctimoniali monasterii de monte ste Walburgis filie quondam tilmanni predicti ita quod demodis predicta, quamdui vixerit, usumfructum suum in dictis tribus partibus redditum predictorum obtinebit et post eius obitum abbatissa et conventus monasterii predicti easdem obtinebunt, sic tamen, quod easdem redditus vendere, obligare vel alienare ullo unquam tempore non poterunt vel debebunt.

Item notum sit, tam p. quam f. quod frater Johannes mo-

⁹⁾ dicte domui contigue site setzen alle unmittelbar und später nachfolgenden Nota hinzu.

nachus monasterii de Welegrat ordinis cysterciensis olomoucensis dyocesis cum consensu et ratificatione abbatis et conventus monasterii sui predicti tradidit et remisit coneondi de Carpna filie quondam Wilhelmi de Gustrop et Margarethe nepti fratris Johis predicti unam portionem sive pueripartem, que sibi accedit de domo lapidea et ejus area sita in platea sti Marcelli colon. in allodio ecclesie colon. ex morte quondam parentum suorum Magistri Gerardi rectoris fabrice ecclesie colon. et Gode ejus uxoris, ita quod Coneundis et Margareta predicte predictam pueripartem domus predicte et ejus aree prout in recta divisione sibi accidere potuit, iure obtinebunt et divertere poterunt salvo censu et iure de predicta domo et ejus area competentibus. et super his iacet littera abbatis et conventus monasterii predicti in scrinio nostro reposita. datum anno domini M^occc^oxix^o crastino bti barnabe apostoli.

Notum sit tam presentibus quam futuris quod Wilhelmo dicto Schunde acciderunt tres partes sive pueriles portiones in redditibus duarum marearum hereditarii census denariorum usualium solvi debitorum de domo et ejus area sita in platea Marelli que est odile de Kintzwilre ex opposito domui dictae de Kettwich etc. M^occc^oxix^o.

23 1328. Aus demselben Buche.

Notum sit quod Katharina de ouwe donavit et remisit Hermanno filio, Lore, grete, katharine, bele sororibus eiusdem Hermanni nec non bele, nese, sophie bele et Renardo pueris predicte bele tres domos sitas in vico potus, ante et retro suptus et superius dextrorum et sinistrorum prout ibidem site sunt jta quod jure obtinebunt et conuertere poterunt in manum quamcumque voluerint, hoc tamen excepto quod greta predicta pueripartem suam in dictis tribus domibus nec vendere nec titulo pignoris obligare poterit quoquomodo sed conuertet inter pueros suos saluo hereditario censu, actum feria quarta post reminiscere. Anno domini M^occc^oxx octauo.

Item notum sit quod dicta Katharina de ouwe donauit et remisit de predictis tribus domibus petro dicto Moir. Johanni, Jacobo et gerardo filiis quondam gerardi de ouwe centum marcas coloniensis payamenti videlicet quilibet ipsorum viginti quinque marcas que per dictas personas sorores et fratres infra duos menses post obitum Katharine de ouwe predicte plenius persolventur, quod si non fieret, extunc prefati, petrus, Johannes, Jacobus et gerardus equalem

divisionem cum Hermanno. greta. katharina. bela ac nesa. sophia
bela et Renardo pueris quondam prefate bele in dicta hereditate
prefate katharine optinebunt. Preterea si dictus petrus, Johannes,
Jacobus et gerardus predicti se prefate ordinationi ipsius katharine
opponerent quoquis colore, extune nichil juris in centum marcis pre-
dictis nec in tota hereditate ipsius katharine optinebunt, salua pre-
dicta katharine premissa omnia mutandi. actum ut supra.

Item notum sit quod prefata katharine de ouwe donavit et remi-
sit domino Theoderico de Schiderich militi, fratri wernero de pi-
xide de ordine minorum et Lore de Vilcke omnia bona sua mobi-
lia, que nunc habet et cremenntum suum in campis convertenda ad
pios vsus pro salute anime sue ea conditione si prefati heredes ka-
tharine se premissis opponerent quod extune dominus Theodericus
de Schiderich predictus equalem divisionem in tota hereditate de
ouwe optinebit actum ab supra.

24. 1329. Aus dem Buche a domo pistorea.

Notum sit. quod ex morte Berte dicte de nova janua. accidit
Hermannio eius filio et Bele uxori sue vna puerilis pars domus seu
curie. que olim dicebatur Ketwich⁷⁾) site in platea sti marcelli
et quondam fuit Jutte de Maerke reenon duarum donorum eidem
curie adiacentium versus sanctas virgines et earumdem arearum.
Ita quod jure obtinere et divertere poterunt. salvo censu hereditario
iure suo. datum anno domini M.cccxxix⁰.

25. 1330. 2. März. Aus dem Buche a sto Lupo.

Notum sit et est quod dominus Theodericus de Schiderich miles
et Richmodis uxor eius donaverunt et remiserunt thilmanu dicto
overstotz filio quondam mathie overstolz et bele uxor sue omne
jus quod habent in tribus partibus pueri trium domorum sitarum in
vico potus quarum vna vocatur Drachenvelz et alie due site sunt
versus sanctum lupum ante et retro supitus et superius prout iacent.
Ita quod predictus thilmanus overstolz et bela uxor eius quicquid
iuris est in dictis partibus predictarum domorum divertere poterunt
quocunque volerint datum anno domini M⁰ccc⁹ trecesimo feria sexta
post dominicam invocavit.

26. 1330. Aus demselben Buche.

Notum sit et est quod.. frater.. gerardus de Hamersteyn com-

⁷⁾ Magna domus lapidea vocata Kettwig heisst es in den späteren No-
ten, namentlich 1374.

mendator domus hospitalis sancti Johannis iherosolimitani in brysge
virtute littere sigilatte suo sigillo posite in scrineo necnon sigillo vene-
rabilis et religiosi viri fratris Rodulfi de Masinmunster prioris alema-
nie et commendatorum et fratrum communiter in capitulo in Durburch
donavit et remisit iuste et recte venerabilibus uiris et dominis capitulo
colon. ementibus iusto titulo emptionis erga dictum fratrem gerar-
dum de Hamerstein domum et eius aream sitam in drangassin
platea appellatam et vocatam ad nouum templum, prout dicta do-
mus ad ipsum fratrem gerardum pertinebat et distincta est, sicut
iacet ante et retro suptus et superius prout iacet et sicut ipse fra-
ter gerardus in sua habebat proprietate, jta quod nunc dicti do-
mini videlicet . . capitulum coloniense dictam domum vocatam
ad nouum templum sitam in platea drangassin jure optinebunt
et divertere poterunt quoconque voluerint datum anno domini
millesimo trecentesimo tricesimo in die bti Lamberti episcopi
et mart.

27. 1331. Aus demselben Buche.

Notum sit quod lysa relicta Johis dicti Parde virtute ordinationis
facte inter ipsos, donavit et remisit magistro Rutgero ma-
gistro fabrice ecclesie colon. eius nunc marito duas medietates
duarum domorum et suarum arearum sitarum in drangassin platea
contigue domui vocate Schiderich versus renum, ante et retro sub-
tus et superius, prout iacet, et sic, quod si quis eorum alterum su-
peroixerit inter dictos magistrum Rutgerum et Lysam predictam,
talis, qui supervixerit alium, potestatem habebit divertendi . . datum
anno dni M.ccc trigesimo primo feria quinta ante festum beate mar-
garete virginis.

Notum sit et est, quod due domus predice cum earum areis
sitis in Drangassen contigue domui vocate Schiderich versus re-
num ante et retro subtus et superius, prout jacent, sic sunt pres-
cripte et modo congregate in hunc modum quod eadem domus
sunt ambe et integraliter magistri Rutgeri, magistri fabrice et ope-
ris ecclesie coloniensis et Lyse eius uxoris legitime, ita quod diver-
tere possint, quoconque voluerint. actum ut supra.

28. 1333. Aus demselben Buche.

Notum sit quod Henricus filius Reynberti et Godefridus pres-
biter plebanus in heyldin et succendor ecclesie colonensis emerunt
eis coniuncta manu duas domos sitas in drangassin, que vocantur
Meyrheym ante et retro subtus et supra prout iacent erga Lysam
uxorem quondam magistri Rutgeri, magistri fabrice colonensis

et hoc virtute donationis date et facte inter ipsos coniuges et datum millesimo ecento trigentesimo tertio in die bti Luce ewangeliste.

29. 1334. Aus demselben Buche.

Notum sit et est, quod Arnoldus de Wevilhouen vicarius ecclesie colon. donavit et remisit dno Euerardo de Reys vicario dictae ecclesie quartam partem magne domus lapideo in vico sti Marcelli cuius sunt quatuor mansiones sub uno tecto videlicet finalem, excepta una, versus eigelstein, que fuit quondam Magistri Gerardi rectoris fabrice ecclesie colon. prediecte ante et retro subtus et superius prout iacet cum medietate cloace sive private Kamere, retro iacentis, tali conditione, quod dictus dominus Everardus prefatam quartam partem domus et medietatem cloace suis expensis, quam diu vixerit, meliorare debebit et quod post mortem dicti domini Everardi predicta quarta pars ad dictum arnoldum libere revertatur M.ccc.xxiv. salvo domini arnoldi accessu ad puteum⁸⁾.

30. 1344. Aus dem kölnischen Schreinsbuche a sancto Lupo.

Notum sit etc. quod Gerardus de Schilderich, filius quondam domini. Theoderici de Schilderich militis, virtute sententie Scabinorum obtinuit, domum suam et aream vocatam Dusseldorf sitas in Dranegassen apud paruam domum Schiderich versus sanctum andream cum stabulo retro jacente, prout iacent ante et retro, subtus et superius donauit et remisit venerabilibus viris dominis, decano et capitulo ecclesie colon etc. quod ydem domini decanus et capitulum prefatam domum et aream cum stabulo retro jacente jure obtinebunt et divertere poterunt quounque voluerint, salua hereditati vocate Schiderich medietate illius muri dictae domus Dusseldorf versus eandem hereditatem Schiderich et saluo parue domui Schiderich libero accessu ad cloacam sive cameram secretam stan tem in muro prediecte et salua magne hereditati Schiderich medietate illius materie sive britze, separantis hereditatem Schiderich et hereditatem Dusseldorf et saluo eidem magne Schiderich libero accessu ad cloacam sitam apud stabulum predictum. hoc adjecto, quod eadem hereditas magna Schiderich obtinebit librum ingressum per transitum retro dictum stabulum usque ad plateam⁹⁾ et deinde usque in plateam Dranegasse, qui quidem transitus retro ipsum stabulum manebit in tanta amplitudine prout nunc est et ut corda sive linea continet in Schrineo posita . . hoc etiam adjecto, quod predicti domini, decanus et capitulum si voluerint poterunt predi-

⁸⁾ Arnold v. Weuelinghoven übertrug sein Recht im folgenden Notum dem Domlaufond. ⁹⁾ Sneylgasse.

